

maiestatis nostre iustitia mediante diffiniuntur, ad perpetuam ipsorum stabilitatem irrefragabili regie dignitatis auctoritate confirmentur. Universis itaque tam presentibus quam futuris imperii fidelibus notum fieri volumus, quod, cum dilectus princeps noster Rodolfus venerabilis Verdensis episcopus in curia nostra Mersbure celebrata sententiam inquireret, utrum videlicet liceret aliquem episcoporum decimam suis temporibus non provenientem 5 in feodo dare seu alio modo ab ecclesia alienare, Otto Misnensis marchio super hoc requisitus consencientibus principibus, qui tunc aderant, talem dictavit sententiam, quod scilicet non liceret alicui episcopo decimam quamcumque, cuius usus suis temporibus non contigisset provenire per infeodacionem sive vendicionem aut per alium quemcumque alienacionis modum ab ecclesia sua nullatenus alienare. Quam sententiam utpote iustam 10 ratam habemus et regia auctoritate confirmamus statuantes et generali edicto precipientes, ne ulla humilis vel alta ecclesiastica vel secularis persona prememorato Verdensi episcopo in decimis, que in Verdensi episcopatu suis temporibus provenerunt, sive in aliis quibuscumque bonis ad eum pertinentibus ullam violenciam aut iniuriam presumat inferre et, si quispiam etiam temporibus antecessorum suorum aut huiusmodi decimas aut alia bona 15 ecclesie sibi sine ipsorum auctoritate usurpavit, universa exinde precepta eidem episcopo cum integritate restituat. Predictae sententie subscripti principes nobiles et ministeriales interfuerunt ipsamque approbaverunt. Conradus Magontinus archiepiscopus. Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus et alii quam plures. Acta sunt hec apud Mersbure anno dominice incarnationis M̄CLXXIX. xvii. kal. novembris; datum Fulde per manum Heinrici 20 imperialis aule prothonotarii anno domini M̄CXC̄, indictione viii, v. idus iulii.

558.

König Heinrich VI. bestätigt dem Domkapitel zu Köln genannte Güter und Rechte, welche es von der Abtei Brauweiler erkaufte, behält aber sich und seinen Nachfolgern die Vogtei vor. — Zeuge: Markgraf Dedo.

Fulda, 1190 Juli 14. 25

*Hdschr.: Domstifts-Kopial (Saec. XIV.) Staatsarchiv Düsseldorf.
Gedr.: Böhmer, Acta imperii 1,163. Stumpf 4656.*

— — Huius rei testes sunt. Philippus Coloniensis archiepiscopus. Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Otto Babenbergensis episcopus. Otto Spirensis episcopus. Rudolfus^{a)} Verdensis episcopus. Cunradus abbas Fuldensis. Sifridus abbas 30 Hersfeldensis. Tirricus prepositus Traiectensis. Bruno prepositus ad Gradus in Colonia. Gerardus prepositus in Wildeshusen. Ulricus. Albertus. Arnoldus canonici sancti Petri in Colonia. Cunradus palatinus comes de Reno. Dedo marchio de Lusiz. Thomas comes Sabaudie. Bonefacius marchio Montis Ferrati^{b)}. Tirricus comes de Hostaden. Comes Reinerus de Vroizbreit. Comes Heinricus de Huchingeswage. Comes Boppo de 35